

bellatores illum sequuti vivido impetu in urbem irrumunt, & capiunt: Bullionius Godefridus unanimi consensu Rex salutatur, quem titulum modeste recusat, nec coronari se patitur in ea ut dicebat urbe, in qua Rex regum spineam coronam crudeleme & ignominiosam mortem subierat. Egypti Sultanus ingentem conscriperat exercitum ex centum equitum milibus, multoque majore peditorum numero, quo Christianos ad viginti milia redactos conferceret ac exterminaret. Sed Godefridus ingenti animi robore confirmatum militem eduxit in aciem omnino palmariam, qua occisa sunt centum hominum milia, ceteris magna ex parte fauciis in fugam actis, ac tota Palastina viatorum subdita & confirmata est, accurrentibus terra marique novis militum supplementis ex Occidentis Provinciis. Fuit vero Hierosolyma expugnata anno 1099. Julii 15. die, feria 9. hora circiter diei nona, ut observat Guillielmus Tyrius. Fuitque Godefridus Bullionius Eustachii Bononiensis Comitis filius ex Ida domo, Godefridi Gibbos Lotharingia Ducis forore, qui sine liberis moriens cognominem fororis filium instituit & hæredem successorem.

26. Saeculum istud multis Cœnobiorum institutis initium dedit. Camaldulensem, per Romualdum Abbatem, Vallis umbrosa, per Joannem Gualbertum, Cisterciensem, per Robertum Abbatem. Infuse Cœnobium Sancti Antonii, qui exorti sunt anno 1095. Pontifice Urbano secundo approbante, quos postmodum Bonifacius VIII. diplomate suo in regulares Canonicos erexit. Prodicit simul Ordo Cartusianorum per Brunonem, cojus initia Ordinis conscriperunt graves ejusdem attatis scriptores Petrus Cluniacensis, rerum mirabilium studiosus conqueror, lib. 2, miraculorum, c. 28. Guibertus Abbas Nonantinus, & Siebertus, apud quos tamen in nulla mentio Canonici Parisensis, qui post obitum, dum ejus exequi peragenterunt, damnationis sua judicium nunciaverit.

27. Scitu necessarium, quisnam tribus his continuis saeculis decimo, undecimo, & duodecimo fuerit status Ecclesie & Imperii vicissim contendit: & quidem protius infastus atque funestus. In primis Ecclesia Dei, ipsa Regis regum non a successoribus Petri, cui claves regni caelestis Christus Filius Dei contulerat, sed factioribus, ambitione, & armis Imperatorum oppresa regebatur; illorumque injusus & tyrranicis cupiditatibus obsequi cogebatur; intrusis ad sacras dignitates flagitiosis & sacrilegis hominibus, qui numerata pecunia, alisque infamibus conditionibus illas a Principibus mundi hujus & tenebrarum harum, eorumque ministris sacrilega licitatione alii pra alii magis offerendo pretium coemerant, adeo ut Pontificie sedes, Abbatis, & Ecclesiastiarum probenda passim ab scleratis & excommunicatis Clericis occuparentur. Alia quoque non minus exitiosa pestis Ecclesiam fœdissime infestabat: publicus nimis Sacerdotum & scotorum subimento matrimonii nomine convictus: publicis intra parochiales Ecclesias denunciationibus præmissis; & notariorum tabulis, affinium quoque & amicorum convectionibus & congratulationibus, mutuque in facie Ecclesie sponbis & traditionibus exhibitis. Horret animus ista commemorare. His Ecclesie cladi bus accedebant Papæ schismati, ab Imperatoribus promoti adversus legitime electos Pontifices, contra quos iudicium Germania Princes, sumptis sacrilegis armis, & contra fideles populos ferro & flammis omniq[ue] hostilitate decertabant. Ex his Otho primus Leonem adversus Joannem XII. obtrusit: quemadmodum Henricus III. Joannem Mincium adversus Nicolaum II. canonice electum; & Henricus IV. adversus Alexandrum II. idemque Guibertum Ravennatem adversus Gregorium VII. Prætereaque Mauricium Burdinum adversus Gelasiuum II. Fridericus Aenobarbus Octavianum & Guidonem Cremonensem adversus Alexandrum III. Ludovicus Bayarus Petrum Corbariensem adversus Joannem XXII. Tribus his peccatis sancta Dei Ecclesia conficitabatur, quas merito dixeris tres ex Erebū simul erumpentes furias: I. Henriciana heresi, que summam Ecclesie potestate electis legitime Romanis Pontificibus ademptam in Henrico, alioque Imperatore, atque in obtrusis, ab eis Antipapas transfundebat. II. Nicolaitarum turpitudine in propria Sacerdotum conjugii. III. Simoniacal sacrarum dignitatum nundinatione & beneficiorum Ecclesiasticorum.

28. Doctis ac piis scriptis hoc seculum illustraverunt Fulbertus Carnotensis, & Burchardus Wormatiensis, dignissimi ambo Episcopi. Abbates quoque Odilo Cluniacensis, Berno Augiensis, Rodulfo Glaber, Hermannus Contractus, monachi. Leo Pontifex nonus, Humberius Cardinalis Sylva Candida Episcopus Ostiensis, qui cum in palestra monastica etatam ante Pontificatum transfigisset, plutumque se exercisset, strenuum se

athletam exhibuit, sermone docens, & sermonem vita confirmans. Tandemque multis pro Ecclesia Dei laboribus perfunctis, omnibus sponte abdicatis Ecclesiasticis dignitatibus, sece iterum pristina solitudinis & contemplationis desiderio monasterio circumfugit. Lanfrancus Episcopus Brixiensis, Guitmundus Aversanus Episcopus. Hi tres adversus hæresim Berengarii pios & eruditione refertos scripsere libros. Anselmus Cantuarie Archiepiscopus, alterque Anselmus Laudunensis auctor interlinearis Glossa, & commentariorum in Cantica & in Apocalypsim: quamvis ab omnibus similitudinem attribuantur etiam Cantuariensi, sed Edinetus referens catalogum librorum Cantuariensis nullius horum meminit. Item Bertoldus Constantiensis, Micrologus, Lambertus Scafnaurense, Bruno Cartuanus, Ivo Carnensis. Ex Grecis Zonaras, qui suam in Alexio Commeno historiam terminavit, Georgius Cedrenus, Joannes Cephalites historici. Præcipuum vero inter facili scriptores Grecos meruit laudem Theophylactus Bulgarorum Archiepiscopus.

29. Undecimo desinente saeculo, aut ineunte duodecimo Gallus quidam nomine Gerardus, ex provincia Provincia oriundis, initium dedit florantisimo celebratissimo Ordini S. Joannis Baptiste Hospitaliariorum inde nuncupato, quia Christianos advenas, Jerosolymam religionis causa adventantes, hospitio, cui hærebat sarcinum Precursores Christi sacram, in urbe Jerosolymorum excipiebant, & instritos omni ope fovebant. Fluuit vir iste sub primis Jerosolymitanis regibus Godefrido Ballione, ejusque fratris regnique successore Balduno primo. Extat diploma Paschalis secundi Romani Pontificis anni Christi 1113. ad Gerardum ipsum conscriptum, quo gratia & privilegia hospitali Jerosolymitanico conceduntur, & quo Gerardus ipse in ipsa inscriptione declaratur Institutor, & propositus Jerosolymitani Xenodochii. In ipso vero textu haec verba continentur: *Postulavit squidem dilectio tua Xenodochium, quod in civitate Jerusalem iuxta B. Joannis Baptiste Ecclesiam instituiti, Apostolica Sedi auctoritate muniri, &c. Ipsum vero Gerardum ad Deum ex hac vita migrare referunt Ordinis Jerosolymitanum monimenta ann. Chr. 1118. Quo eodem pariter anno obiere Paschalis idem Pontifex & Baldinus Rex Jerosolymitanus, ejus nominis primus. Post quem in Regnum promotus est Baldinus alter, Comes Eudes. Quo eodem anno nobiles viri decem, duce Hugo Pagano, Religionem militarem Templariorum inuestierunt, sic denominatorum a vicinia Templo Salomonis; juxta quod primam sibi habitationem constituerunt ex Regis & Patriarche concessione: quorum institutum fuit, itineri ad sanctam civitatem perducentia suis armis custodiisse tutu ac incuribus & infidiliis Infidelium, atque prædonum peregrinos infestantium. His regulam scripsit S. Bernardus Claravallensis Monasterii Abbas. Horum insigne gestamen fuit rubra crux candidæ vesti assuta, Gerardo autem Hospitalario succedit nobilis Gallus Raimundus a Podio, qui Ordinem Hospitaliariorum reddidit quoque militarem, erexitque in Regularem cum astrictione ad tria religiosa vota, scriptisque commodam ad hoc institutum regulam, quam subinde diversi Pontifices maximu[m] sua approbatione munierunt. Primus salutatus est Ordinis minister Raimundus a Podio, sub cojus moderamine Ordo iste grandia sumptis hominum & opum incrementa. Hoc credita sunt precia Christiana Religionis adversus Mahometanos propagacula, prius Acon seu Ptolemais, deinde Rhodus, postremo Melita insula. Quem ad scopulum vastissima illa Turcarum potentia semel & iterum allisa est.*

CONCILIUM AENHAMENSE

in Anglia circa Chr. ann. 1010.

I. Nitum fuit Joanne XVI. Pontifice circa Christi ann. 1010. sub Anglorum Rege Atelredo, praesidente Archiepiscopo Eboracensis.

2. Can. XI. præcipitur de censu Rome debito, seu denario sancti Petri, ut quotannis ad festum sancti Petri ad Vincula persolvatur. Censum euendum confirmat in suis legibus Ecclesiasticis sanctus Rex Eduardus c. 10. ut a singulis patribus familiis per singulas domos pendatur: sed si quis plures habet domos, pro illa solvat, quam inhabitat. Jam inde a Domini ann. 740. Anglie Occidentalibus Rex Ina id tributum in honorem sancti Apostolorum Principis singulis Regni sui dominibus indexerat. Anno deinde 775. Offa Marciorum sive Orientalium Anglorum Rex per tributum, missis Roma quæstoribus exfolvendum, suis subditis prescrivit. Anno deinde 1213. Joannes, vulgo *sine terra* cognominatus, ut ab eo-

Concilium Aurelianense, & Salegustadiense.

265

ab eodem Papa Innocentio tertio, a quo fuerat diris devotus, praesidium adversus impugnatorem se Philipum Augustum impetraret, Francia Regem, quem ipse Innocentius ad id bellum concitaverat, Anglia, Hiberniaque Regna Romano Pontifici subjecit, quæ indicio anno sterlinorum mille tributo, beneficii loco, deinceps possideret,

Can. XIV. *Si corpus aliquod extra suam Parochiam quis posuerit, solvit nihilominus pecuniam (quod Symbolem anima dicit) illi Ecclesia, cui corpus famulatur vivens.*

De funeraria portione Parochiali Ecclesie debita, si corpus alibi sepeliatur, vide c. cum super, c. certificari, de sepult.

CONCILIUM AURELIANENSE

Ann. 1017.

1. **S**edente in Romana Cathedra Benedicto Papa octavo, Christi Salvatoris anno 1017. qui fuit Regni Roberti vigesimus, deprehensa fuit nefaria Secta, quæ sensim ut cancer in Regno Francie serpebat, de qua scribunt Glaber Rodulphus Historia lus lib. 3. cap. 8. Ademarus Monachus, & Commentarius Auctor, quem ex Archiviis Cœnobii Sancti Petri in Valle prope Catnum in lucem editus Lucas Decherius tom. 2. Spicilegi. Fanatici quædam mulier Itala in Galliam pellit hanc inverterat, duos quoque magni nominis Sacerdotes scientes & apparenti virtutum specie insignes, & apud Regem & aulæ Proceres gratia proœdicti Lisiou & qui Regina Constantia era a Confessionibus, Stephanum Heribertum, & Theodatam Ecclesie Aurelianensis Canonicum Cantorem, sapientem & Religionis exhortatione, & in pauperes munificentia celebres, illosque Cacodæmonem offentis ita dementaverat, ut de Uno Trinoque Deo fidem abnegaret, mundum, qualem nunc videmus, ab eterno extitisse crederent, nullam voluntatum carnalium pertinendam esse in altera vita pœnam, nulla itidem labioribus & ærumnis pro virtute suscepisti premia reservari persuasum haberent, nocturnos etiam Conventus cum mulieribus celebrent, in quibus Daemon se visibiliter exhibebat: ipsi vero cum mulieribus dato signo absque ullo confunditatis discrimine, candelis extinctis congregabantur, partus vero ex nefario congreſo editos post octavum diem igne crudeliter cremabant, eorumque cineres pro Eucharistia venerabiliter aſervabant, atque in Communione & in Viaticum suis gregalibus imperiebantur. Magna vero sollicitudine cævabant, na ſecta sua aliis quam fodalibus innotesceret. Hujus tamen fodalitii fama percrebuit, religiosissimum Regem Robertum post accuratam perquisitionem movit, ad indicandum Aurelianis Concilium, ut hac tanta pœnies extirparetur. Multum laboratum est, ut rei suspecti convincerentur, qui tandem post multiplices iudicaciones confessi, nulla ratione adduci potuerunt, ut a suscepto errore resilirent. Theodat ante triennium mortui cadaver et tumulo erutum fuit. Lisius & Heribertus Secta principes cum aliis duodecim, cum in obstinatione persistenter, solemni ritu de gradu Ecclesiastico dejecti, Regiaeque potestati traditi sunt, quæ vivos flammis cremeri jussit: ac illi Daemonis arte seducti ne ignibus applicari velle jactabant, nihil danni se inde tensuros aſervantes, fesoque ultra lictoribus & carnificibus offerebant. Tum Regina, qui in Concilio Regi Roberto ab hora prima diei ad vesperam usque asserdat, extra Basilica valvas progettata, ne concursu populi executoſtentia interturbaretur, occurrenti Heriberto baculi, quem manu tenebat, extremitate, oculum confondit. Cumque extra urbem adducti accenso rogo acerme præter spem a se concepit crucientur, se arte diaholica deceptos vociferabantur, se hactenus de DEO male sensisse, ideoque se temporalibus & mox æternis ignibus esse cruciandoſ. His auditis multi circumstantium humanitas ſenu conati sunt, si quos posset ab ignibus eripere, ut spatium eis penitentia salutaris indulgeretur, sed vindices flammæ illorum accensum prohibuerunt, & desperantes reos abſumperunt.

His adhuc temporibus perſtabat antiqua publicarum penitentiarum disciplina, & diuturna communionis Eucharistie ſufpicio, cum austeriſ ſejunis, alisque corporis animique afflictionibus conjuncta juxta adiutorium delictorum gravitatem. Neque oblitterata erat omnino avita illa obſervantia, ne in ullis Ecclesiasticis admittentur fideles, niſi eſent propriorum Episcoporum litteris formatis premuniti. Cumque sub determinis Pontificibus, quales paulo ante videbamus Romanam in fedem intrusos, veterum Canonum vis aut elanguifer, aut obſolevit, Patres in istud Concilium convenientes Canonem istum pia intentione moti ediderunt. Eadem mente sanctus Cyprianus Carthaginensis de Confessoribus Christi, quos Deciana perſecutione in carcere ergaſula, & metalla protrufat, graves querimonias formaverat, eo quod nimis libellorum indolendorum facilitate canonicularum penitentiarum vigorem nimis indirecere relaxant, & peccatores fei lapsos non satis purgatos, ad facrorum participationem festinantiū admitti postularent, ut ex ipius multis epistolis liquet. Unde occasione sumptus Felicissimus Cypriano implacabiliter infensus, falſo pietatis pretextu, exiſtum ſchisma aduersus eum concitandi. Ultimis denum ſæculis, prævalente Christianorum inertia, disiectisque canonum penitentiarum repagulis, cum ſpes nulla ſuperet pristinum uſum reſtituendi compulsa eſt Ecclesia ad mitiora remedia recurrere; quod faciunt Medici in ægris hominibus, quorum vident conſernatas vires, & efficaciorum medicamentum incapaces. Querimonia ista de recurrentibus Romanis, pro peccatorum graviorum remissione, inconsolabile proprio Episcopo, renovata post decennium fuit in Lemovicensi Concilio, in quo Patres communī consensu ſel. hæc dixerunt, iurē, an injurya, ipſi viderint, non enim iudicium hic ingero noſtrum:

Non nostrum inter eos tantas componere lies.

Sed

CONCILIO SALEGUSTADIENSE

Anni 1022.

1. **S**alegustum est Castrum, aut vicus in Provincia Moguntia, quo convenere ad Synodum Arubo Archiepiscopus Moguntinus, aliique plerique Germanie Praefules, quos inter eminebat Burchardus Episcopus Yormatiensis, doctrina, vitaque sanctitate clarus, qui & Concilium istud suis Decretorum libris texit; initum fuit anno salutis 1022. sub Benedicto Papa VIII. Imperante Germanis Henrico primo, Franſie regnante Roberto,

5. Can. VIII. *Decretum eſt, ut nemo gladium in Ecclesiā portet, Regali tantum excepto.*

Can. IX. *Status etiam Sancta Synodus, ut mala consuetudo, que jam apud omnes pene inolevit, omnino prohibetur, id eſt, quod colloquia ſua in atrio alicuius Ecclesie conſtituunt habenda, & tunc ea in ipſa maxime exercent Ecclesia, ubi orationes & Divina ſtantum fieri aquin eſt Officia.*

Can. XII. *Status etiam, ut adiſia laicorum, que Ecclesia adjuncta ſunt, auferantur, & nulla in atrio Ecclesie ponantur nisi tantum Presbyterorum.*

2. Can. XIII. *Item decretum eſt, ut nullus laicorum aliqui Clerico ſuam commendet Ecclesiam preter conſentum Episcopi: sed eum ſuam mittat Episcopo, vel eius Vicario, ut probetur, ſi Scientia, etate & moribus talis ſit, ut ſibi populus Dei commendetur.*

Fuerat hoc idem in Concilio Viennensi statutum sub Formolo Papa & Eudone Francorum Rege anno 892. cuius can. 4. ita facit: *ut nemo ſecularium Ecclesias dare vel offerre abque conſilio & voluntate Episcoporum, ad quod Ecclesia pertinent, preſumatur. Et ut nulli conſilii a Presbyteris loco maneris ad introitum, ut dicunt, Ecclefiarum exquirantur, aut vi diqua extorqueantur. Eadem de Patronis Ecclefiarum iteravit Concilium Bituricense anno 1031. can. 22.*

3. Can. XVIII. *Quia multi tanta mentis ſue falluntur ſtupitia, ut in aliquo capitali crimino inculpari penitentiam a Sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confitit, ut Romam exiſtibus Apostolicum omnia ſibi dimittat, ſancto vixim eſt Concilio, ut talis indulgenzia illis non profit, ſed prius iuxta modum delitti penitentiam ſibi datam a suis Sacerdotibus impleat, & tunc Romam ire, ſi velint, ab Episcopo proprio licentiam & litteras ad Apostolicum ex eisdem rebus deferendas accipiant.*

His adhuc temporibus perſtabat antiqua publicarum penitentiarum disciplina, & diuturna communionis Eucharistie ſufpicio, cum austeriſ ſejunis, alisque corporis animique afflictionibus conjuncta juxta adiutorium delictorum gravitatem. Neque oblitterata erat omnino avita illa obſervantia, ne in ullis Ecclesiasticis admittentur fideles, niſi eſent propriorum Episcoporum litteris formatis premuniti. Cumque sub determinis Pontificibus, quales paulo ante videbamus Romanam in fedem intrusos, veterum Canonum vis aut elanguifer, aut obſolevit, Patres in istud Concilium convenientes Canonem istum pia intentione moti ediderunt. Eadem mente sanctus Cyprianus Carthaginensis de Confessoribus Christi, quos Deciana perſecutione in carcere ergaſula, & metalla protrufat, graves querimonias formaverat, eo quod nimis libellorum indolendorum facilitate canonicularum penitentiarum vigorem nimis indirecere relaxant, & peccatores fei lapsos non satis purgatos, ad facrorum participationem festinantiū admitti postularent, ut ex ipius multis epistolis liquet. Unde occasione sumptus Felicissimus Cypriano implacabiliter infensus, falſo pietatis pretextu, exiſtum ſchisma aduersus eum concitandi. Ultimis denum ſæculis, prævalente Christianorum inertia, disiectisque canonum penitentiarum repagulis, cum ſpes nulla ſuperet pristinum uſum reſtituendi compulsa eſt Ecclesia ad mitiora remedia recurrere; quod faciunt Medici in ægris hominibus, quorum vident conſernatas vires, & efficaciorum medicamentum incapaces. Querimonia ista de recurrentibus Romanis, pro peccatorum graviorum remissione, inconsolabile proprio Episcopo, renovata post decennium fuit in Lemovicensi Concilio, in quo Patres communī consensu ſel. hæc dixerunt, iurē, an injurya, ipſi viderint, non enim iudicium hic ingero noſtrum: